


72
 pro Cluventio n. 14. censorias tabulas in Municipio Larinati C. Oppianicum corrupisse queritur. *Illum, inquit, publicas tabulas Larini censorias corrupisse Decuriones universi judicarunt & mox dum eum fuisse Oppianicum constabit, qui tabulas publicas municipii sui corrupisse judicatus sit.* Ad eas vero conficiendas tabulas Scribarum ministerio utebantur, qui Scribae Quinquennialicii dicuntur, in elegantissimâ Asculanâ Inscriptione, quam eruditus Vir Tullius Lazzari in libello, cui titulus *Ascoli in Prospettiva* pag. 137. edidit. Eam vero integriorem multo, & emendatiorem, prout ex ipso marmore excepi, lubens hic describo.



Porro Quinquennales, qui Censurâ bene, & e Republicâ actâ omnibus plebis desideriiis satisfecissent, publicis honoribus cummulatos docet Vetus Inscriptio CENSURA ET DVO VIRAVT